mediis et defensis legalibusq impedimentis etiam de iure concessibilibus, aliisq quibusuis juris effugiis per humani ingenii industriam excogitatis et excogitandis se cum suis successoribus vti abscribendo et abrenunciando, ac praesentem inscriptionem Approbationis ad Acta quaevis authentica transferre et transportare consentiendo. Hac sua personali recognitione in praemissis mediante.

Eiusdem Roboratio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter compariens Generosus Martinus Kurzeniecki olim Generosi Martini Kurzeniecki filius sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia ipse recognitionem certam de data in Bransko vigesima quinta Aprilis die hodierna confectam manu sua propria subscriptam ad acceptandam Intromissionem bonorum Wielesnica in Districtu Pinscen. Generoso Stanislao Szarbiewski Capitaneo Grabouiecen. seruien. in omnibus eiusmodi recognitionis punctis clausulis et conditionibus approbat confirmat et ratificat et eandem in toto explere se submittit sub vadio Mille Ducentorum florenorum Polon. Et coram quouis Judicio et officio Regni tum et Magni Ducatus Lithua. in primo citationis termino peremptorie responsione. Omnibus in vniuersum juris remediis et defensis legalibusq impedimentis etiam de jure concessibilibus se cum sua posteritate vti abscribendo et abrenunciando sub amissione sua totius et integrae Causae. Hac sua personali recognitione in praemissis mediante.

G. Falk Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Branscensibus personaliter comparens Nobilis Andreas olim Raphaelis Strolowacki de Hryniewicze sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Generoso Reinholdo Falk de Hryniewicze se Srdi tenetur esseq debitor certi veri et liquidi debiti mutuatiq pecuniae Viginti duos florenos polon. Et eandem submittit se ac sua bona sua generaliter omnibus inscribit, idem ipse recognoscens praefato creditori suo pro Festo Natiuitatis Sancti Joannis Baptistae in anno Domini Millesimo Sexcentesimo quadragesimo Tertio proxime venturo soluere sub vadio simili. Et coram officio praesenti Castren. Branscen. in primo citationis